

königl. Urkunde jener Zeit unzulässig, weiterhin der ungeschickte Uebergang in den Plural auffällig ist, und endlich der Zwischensatz *nullo reclamante* hier an sich schon bedenklich, den Verdacht der späteren Abfassung bestätigt, da allerdings eine Reclamation eintrat (vgl. No. 51), die jedoch wahrscheinlich mit Hilfe der inzwischen herbeigeschafften Urkunde K. Heinrichs V. zu Gunsten des Stifts entschieden wurde.

Schöttgen Leben Wiprechts. Urk. S. 8. — Köhler cod. dipl. Lus. I. S. 26.

No. 42. 1108. 30. Mai.

K. Heinrich V. cignet der Stiftskirche 9 Hufen im Burgwart und Dorfe Treben bei Weissenfels.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus divina favente clementia augustus Romanorum rex. Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuri temporis quam praesentis, qualiter nos causa dei ob remedium animae nostrae nostrorumque parentum rogatu et consilio archiepiscoporum Frederici Coloniensis, Brvnonis Treverensis, Adalgoz Madeburgensis, episcoporum Albvini Mersburgensis, Ottonis Bauernbergensis, Bvrchardi Monasteriensis, Lvtherii ducis, comitum Otthonis, Rodvli, Wiberti aliorumque multorum nostrorum fidelium, et praecipue digna petitione Hervici Missinensis episcopi, nostri dilecti fidelis, novem mansos, sex in burchwardo et in villa quae dicitur Tribene^a), tres autem in villa quae nominatur Chrowati^b) iuxta flumen Sala Missinensi ecclesiae in proprietatem dedimus cum omnibus eorum pertinentiis, ex integro sicut ad nostrum ius pertinebant, videlicet familiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, areis, pratis, pascuis, silvis, aquis, molendinis, piscationibus, quaesitis et adquirendis, viis et inviis, exitibus atque reeditibus et omni utilitate, quae inde poterit omni tempore provenire. Ut autem hoc nostrae donum pietatis ab omnibus credatur et inviolabile permaneat, hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam ut inferius apparet impressione nostri sigilli insigniri iussimus.

Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictissimi. (L. M.)

Albertus cancellarius vice Rotardi Maguntini archiepiscopi recognovit. (L. S.)

Data III. Kal. Junii indictione I. anno ab incarnatione domini millesimo C. VIII. regnante Henrico quinto rege Romanorum anno III. ordinationis eius VIII. Actum est Mersbore in Christi nomine feliciter Amen.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem aufgedrückten nur zur Hälfte erhaltenen Siegel des Königs.

Horn comm. in epist. Adelgoti p. 7 im Auszug. — Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 26 f.

a) Treben, vgl. oben no. 27 Anm. b. b) Corbetha bei Weissenfels.

No. 43. 1119. 4. Mai.

P. Calixtus II. fordert den Erzbischof Adelgot von Magdeburg auf, bei dem am 18. Oct. d. J. zu Rheims zu haltenden Concil mit seinen Suffraganen zu erscheinen.

Kalixtus episcopus servus servorum dei, venerabili fratri A. Magdeburgensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Pro ecclesiae necessitatibus, quae gravius hoc videntur tempore imminere, Remis in beati Lucae festivitate synodalem